

de uxore præcipue Præpos. col. 1. num. 2. Angel. de Malef. & ibi ejus Additionator in part. Chemar adulterato, col. 6. vers. Quid si maritus.

69 Item quæro quid est contra: Si uxor adultera decedat & maritus supervivat, & hæredes uxoris repetant dotem, an possit maritus opponere exceptionem de adulterio, & eos repellere? & videtur quod sic: ita probat text. in leg. fin. Cod. de Adulter. Sed contrarium est tenendum, imò quod talis maritus non possit prædictam exceptionem opponere, quia post mortem uxoris vel alterius delinquentis ante litem contestatam extincta est poena corporalis, & pecuniaria: text. est in leg. Defuncto, ff. de Public. judic. text. in leg. Ex judiciorum, vers. fin. ff. de Accus. text. in leg. Una, Cod. Ex delictis defunctorum: text. in §. Non autem, in fin. Instit. de Perpet. & temp. action. text. in leg. 2. §. Titulo 1. part. 7. nec obstat text. in dict. leg. fin. Cod. de Adulterio, quia debet intelligi, quando uxor decessit postquam factum erat divortium inter eos, vel lite jam mota super eo: secus verò si ante decesserit: quia tunc non poterit maritus agere, nec excipere de adulterio, & in expresso ita tenet & declarat Glossa ordinaria in dict. leg. fin. Cod. de Adulter. in gloss. pen. & ibi Bald. Salycet. & magis communiter DD. Odofred. in leg. Consensu, Cod. de Repudiis, col. & quæst. penult. & ibi Alberic. col. 1. in medio, ita etiam tenet Alexander in dict. leg. Rei judicata, §. 1. col. 2. in med. vers. Quid si mulier, & ibi commun. modernis.

70 Item quæro: Si mulier vidua soluto matrimonio habuit accessum ad alium, & sic commisit stuprum, an perdat dotem, & applicetur hæredibus mariti? & videtur quod sic: quia mulier vidua, quæ non transit ad secunda vota, dicitur remanere & durare in primò matrimonio, & gaudet privilegiis primi mariti: text. est in leg. fin. Cod. de Bon. matern. ibi: Sive in priori matrimonio pater ex quo filios habuit, permanere voluerit, &c. & ibi notat Cyn. Bartol. & alii DD. text. in leg. Filii, §. Vidua, ff. ad municip. & ibi Glossa, & communiter DD. text. in leg. Quoties, Cod. de Privileg. Scholarum, lib. 12. facit etiam text. in leg. pen. Cod. de Adulter. & ibi Bartol. & DD. & in expresso isto fundamento & consideratione istam sententiam & conclusionem tenet Paul. de Caltr. in leg. Sororem, Cod. de His quibus, ut indig. col. 1. num. 4. idem Paul. de Caltr. in leg. Fideicommissum, Cod. de Fideicommissis, col. 2. in fin. tenet etiam, & reputat singular. Jason in leg. 2. ff. Solut. matrim. col. 2. n. 6. Augustin. de Aretin. in Addit. ad Angel. de Malef. in part. Chemar adulterato, col. 6. vers. Quid si maritus. Hippolyt. de Marsil. latè & notab. in leg. unic. Cod. de Rapt. virgin. col. 11.

num. 48. idem Hippolyt. in Consil. suorum, consil. 13. Felin. in cap. Pastoralis, de Judic. col. 3. in med. Præpos. in cap. Plerumque, de Donat. inter vir. & uxor. col. 2. num. 3. Palac. Rubeus in sua Repet. fol. 48. col. 1. vers. Ex quo dicebat, & fol. 60. col. 1. vers. Et quod plus est. Cifuent. in leg. 14. supra his legibus Tauri, quæst. 2. licet dicat quod opinio contraria est magis favorabilis. Advertendum tamen quòd ista sententia & conclusio videtur intelligenda & limitanda, quando talis mulier fecisset stuprum infra annum luctus: quia tunc magis propriè dicitur durare primum matrimonium, argumento textus juncta Glossa ordinaria in leg. unica, §. Exactio, Cod. de Rei uxore. action. & in toto titulo, Cod. de Secund. nupt. Item etiam & secundò videtur intelligenda, & limitanda quando dos non esset soluta mulieri, sed esset penes hæredes mariti, & ab eis repeteretur: quia tunc ipsi possunt excipere de tali stupro per eam commisso: cujus ratio potest esse, quia quando jam est recuperata per mulierem, amplius non dicitur dos: sed ita demum si non est recuperata, argum. text. in leg. Cum pater, §. Dot. ff. de Legat. 2. & in leg. Etiam, ff. de Fundo dotali. Sed his non obstantibus ego teneo contrariam sententiam: imò quòd indistinctè talis mulier vidua non perdat dotem propter stuprum commissum in viduitate, modò infra annum luctus, modò postea. Item modò dos sit jam recuperata, modò sit penes hæredes mariti. Primò, quia adulterium & ejus poena propriè & verè dicitur matrimonio durante, non verò postea: sed postea in viduitate dicitur stuprum, & habet locum ejus poena distincta. Secundò, quia si mulier commisit adulterium in vita mariti, non possunt hæredes contra eam agere per viam accusationis, vel exceptionis, quia est jus vindictæ, quod non transit ad hæredes, ut supra proximè conclusum est: ergo à fortiori non possunt contra eam agere, vel excipere pro stupro postea commisso in viduitate. Tertio hoc clariùs confirmatur per leges Regias, quibus probatur, quòd nullus habet facultatem accusandi de adulterio nisi solus maritus: & in expresso, licet non ita fundent, istam sententiam & conclusionem tenet Alexand. in dict. leg. Sororem, Cod. de His, qui ut indig. col. 1. in med. vers. Item facit Jas. in dict. leg. Fideicommissum, Cod. de Fideicommissis, num. 1.

Item quæro: Quas excusationes habeat uxor adultera, ut possit se defendere à poena adulterii? Et breviter & resolutivè dico quòd habet sequentes excusationes. Prima est: Si lapsus est quinquennium à tempore commissi delicti: text. est in leg. Mariti, §. Præterea, ff. de Adulter. text. in §. Hoc quinquennium, ejusdem leg. text.

in leg. Quinquennium, eodem titul. text. in leg. Adulter. post quinquennium, Cod. de Adulter. cujus verba sunt: Adulter. post quinquennium quam commissum adulterium dicitur, quod continuum numeratur, accusari non potest: text. in leg. 4. tit. 17. part. 7. Secunda est: Si adulterium commissum est de voluntate & consensu mariti: text. est in leg. Cum mulier, ff. de Solut. matrim. & ibi Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. Quod intellige quando talis exceptio opponitur ante litem contestatam: secus verò si post: quia non relevat uxorem, licet faciat puniri maritum: si verò opponatur ab adultero ante litem contestatam, prodest ut excusetur, postea verò non excusatur, nec facit puniri maritum: text. est in leg. 2. §. Si publico, ff. de Adulter. & ibi tenet, & declarat Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. text. in leg. Si maritus, §. Præscriptiones, eodem titul. text. in leg. Ita nobis cordi pudor est, Cod. de Adulter. & ibi Glossa & communiter DD. & ita expressè disponit & determinat leg. 7. tit. 17. part. 7. Tertia est: Si post commissum adulterium maritus habuit & retinuit uxorem adulteram in sua domo, vel lecto, & mensa, scienter, non verò aliàs: quia per hoc videtur remittere prædictum adulterium uxori: ita probat text. notab. in leg. Si uxor, §. fin. ff. de Adulter. & ibi communiter DD. text. in leg. Sine metu, in fin. Cod. de Adulter. & ibi Glossa ordinaria & communiter DD. facit text. in cap. Quemadmodum, de Jurejurando, & in expresso per ista jura ita tenet Alb. in leg. Consensu, Cod. de Reput. col. 1. in fin. vers. Ut ultimo notandum pro qua sententia & conclus. est lex notab. part. 8. tit. 17. part. 7. & leg. 5. tit. 7. lib. 4. Foro leges. Advertendum tamen quòd prædictas excusationes vel aliàs similes quas habet uxor, debet proponere ante litem contestatam, non verò postea: text. est in leg. Si maritus, la 2. §. Præscriptiones, ff. de Adulter. cujus verba sunt: Præscriptiones qua obijci solent, accusantibus adulteris ante solent tractari quam quis inter eos recipiatur: & ibi Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. text. in leg. 2. §. Si publico, eodem titul. & ibi Bartol. & DD. text. in leg. Adulter. post quinquennium, Cod. eodem titul. & ibi notabiliter Salycet. & DD.

72 Item quæro: An maritus teneatur adulterum & adulteram simul accusare, vel possit unum eorum quem velit accusare? Et resolutivè dico quòd de jure communi maritus non poterat eos simul accusare, sed unum tantum eorum quem vellet: text. est in leg. Si maritus, la 2. §. fin. vers. fin. ff. de Adulter. text. in leg. Nihil, §. fin. eodem titul. text. in leg. Vim passam, §. Duos, eodem titul. text. in leg. Reos, Cod. de Adulter.

Anton. Gomez ad Legem Tauri.

cujus verba sunt: Reos adulterii duos simul maritum & feminam ex eadem causa fieri lex Julia de pudicitia vetat: sed ordine peragi utrosque licet; & ibi vide rationes per Salycet. & DD. Hodie tamen in nostro Regno maritus potest accusare ambos simul, vel unum eorum quem velit: ita probat & disponit lex 2. tit. 15. lib. 8. Ordinem. dum dicit: *Y si los acusare ambos, à qualquier dellos, que aquel contra quien fuere juzgado, que lo metan en su poder, y haga de él, y de sus bienes lo que quisiere.* Postea autem de jure Regio novissimo per nostras leges Tauri statutum est, quod maritus teneatur utrumque simul accusare, & non possit unum sine alio: ita disponit lex 30. his legibus Tauri. Quod tamen intellige, ut debeat eos simul accusare in uno eodemque libello, vel diversis dum tamen faciat uno eodemque tempore, argumento hujus legis & rationis ejus, tenet hic Castill. Sed certè mihi videtur contrarium, imò quòd in uno eodemque libello debeat accusare quia aliàs resullaret diversitas & inconveniens in accusando, procedendo, & exequendo. Item intellige quando uterque vivat: secus verò altero mortuo, quia tunc superites potest accusari: ita etiam aperte probat illa lex in quantum dicit, *siendo vivos.* Ex quo inferitur quod si uterque vivat, & maritus uni parcat, videtur etiam alteri remittere delictum, argumento illius legis. Unum tamen est quod eo casu quo de jure communi accusaret unum eorum tantum, sententia absolutoria ejus favore lata prodest alteri, condemnatoria verò non: text. est notabilis & expressus in leg. Denuntiasse, §. fin. ff. de Adulter. ibi: *Si absolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec ultra accusari potest: si condemnatus fuerit, mulier per eum non est condemnata, sed ager causam suam, ut fortassis & obtinere vel gratia, vel justitia, vel legis auxilio possit,* & ibi Glossa ordinaria, Bartol. & communiter DD. & idem disponit lex 9. tit. 17. part. 7. Ex quo singulariter notat, quod in delictis connexis, sententia absolutoria lata favore unius prodest alteri: sed adde quod hoc est speciale in delicto adulterii propter favorem matrimonii, secus verò est in aliis: quia in eis sententia absolutoria lata pro uno non prodest aliis: ita probat text. in leg. de Adulter. vers. Si eo tempore, ff. de Adulterio, & in expresso ita tenet & declarat ibi Bartol. & communiter DD. & istam dicit communem opinionem Alexand. in leg. Sapè, ff. de Re judic. col. 10. num. 36.

Item quæro: Quæ sit poena lenocinii? in quo breviter dico, quòd si maritus commisit istud crimen, punitur eadem poena quæ est imposita pro adulterio: ita probat text. in leg. 2. §. Lenocinii,

ppp 2.

ff.

ff. de Adulteriis, ibi: *Pœna adulterii configitur*, text. in §. *Si publico*, *eiusdem legis*, text. in leg. *Mariti*, §. *Plectitur*, *eodem tit.* text. in leg. *Casarii*, *Cod. de Adulteriis*, text. in leg. *de Crimine*, vers. *fin. eodem tit.* text. in leg. *Mercalem*, *Cod. de Condition. ob turpem causam*, text. in leg. *Isti quidem*, *ff. Quod metus caus.* text. melior ceteris in leg. *Auxilium*, §. *in Delictis*, vers. *Dixi*, *ff. de minori*. Hodie tamen videtur quod ista pœna non possit habere locum: nam cum de jure Regio pœna adulterii sit quod uterque tam adulter, quam adultera ponatur in potestatem mariti, ut de eis & ejus bonis faciat quicquid velit, ista pœna non potest in nostro casu verificari, cum non reperiatur offensus in cujus facultate ponatur, & ideo forte in nostro Regno solet praticari quod tam marito, quam uxori imponatur pœna flagellorum. Sed certe illa pœna est irridenda pro tali nefando crimine: unde teneo quod isto casu debeat imponi pœna mortis.

Primo, quia ista erat pœna adulterii de jure communi: ut in leg. *Quamvis*, la. 2. in *fin. Cod. de Adulteriis*, & late dixi supra. Secundo, quia pro hoc est casus expressus in leg. 2. in *fin. tit. 22. part. 7.* quæ aperte dicit quod isto casu imponatur marito pœna mortis, & per eam ita tenet Palac. Rubeus, ubi exclamat de isto delicto, & de iudicibus qui illam legem non servant in practica, in *sua Repetitione*, fol. 95. col. 3. vers. *Sed si tanta est notorietas*, §. 21. Si verò alius commisit istud crimen, sive masculus, sive femina contra aliquam mulierem conjugatam, virginem, viduam, religiosam, vel honestam: similiter punitur pœna mortis; ita probat text. in leg. *Qui domum*, *ff. de Adulteriis*: text. in leg. *Mariti*, §. *Plectitur*, *eodem tit.* cujus verba sunt: *Plectitur, & qui pretium pro comperto stupro acceperit: nec interest utrum maritus sit qui acceperit, an alius quilibet: quicumque enim ob conscientiam stupri acciperit aliquid, pœna erit plectendus*: textus expressior & melior ceteris in *Authent. de Lenonibus*, §. *Praconizamus*, ibi: *Omnia novissima sustinere supplicia, collatione 3.* & ibi notant communiter DD. & idem disponit *prædict. lex partit. in fin.*

74 Quod tamen limita & intellige quando adulterium vel stuprum fuit sequutum & consummatum: secus verò aliàs: quia tunc mitius puniretur, & sic pœna arbitraria: ita probat textus valde notabilis, in leg. 1. §. *final.* *ff. de Extraordinariis criminibus*, cujus verba sunt: *Aut mulierem puellamve interpellaverit, quidve impudicitia gratia fecerit, domum præbuerit, pretiumve quo is persuaderet, dederit, perfecto flagitio punitur capite, imperfecti, in insulam deportatur, & idem probat lex 7. tit. 10. lib. 4.*

Foro legum; si verò hoc delictum committatur contra aliam mulierem non conjugatam nec honestam, tunc imponeretur pœna arbitraria, modo sequatur & consummetur delictum, modo non: argumento prædictorum jurium. Item adde quod etiam ille, qui misit prædictam lenonem vel intercessorem alicui honestæ mulieri, committit crimen injuriarum, licet delictum attentatum non sequatur, & punitur extra ordinem iudicis arbitrio: argumento text. in *dist. leg. 1. §. finali*, *ff. de extraordin. criminib.* text. in leg. 1. §. *Omnes*, *ff. de Injur.* text. in leg. *Sed est questionis*, §. *fin. eodem tit.* text. in leg. *Attentari*, *eodem tit.* text. in leg. *Item apud labeonem*, §. *Si quis virgines*, *eodem tit.* text. in §. *Injuriar. in fin. Institut.* *eodem tit.* text. in leg. 5. tit. 9. part. 7.

¶ Nota igitur pœnam lenocinii contra committentem vel inducentem mulierem nuptam, ut adulterium committat: nam si adulterium fuerit perpetratum perfectè & consummatè, punitur pœna mortis, sin minus pœna arbitraria ponitur: de consuetudine tamen hujus Regni lenones, vel lenæ, flagellantur cum mitra, ut tradit *Avend. in cap. Prætorum, part. 2. cap. 16. n. 15. Jul. Clar. in Practica Criminali*, §. *fin. quæst. 68. num. 23.* ¶

Postremò & finaliter quæro: Si mulier conjugata habet filium ex adulterio, de quo ipsa est bene certa, maritus autem hoc ignorat & tractat eum ut filium, & ei intendit bona sua relinquere prout patris est officium, quid faciet talis mulier in conscientia? In quo articulo breviter & resolutivè dico, quod in casu dubio quando mulier adultera hoc non potest cognoscere, quia constante matrimonio promiscuè & sine maximo intervallo habuit accessum cum marito & cum adultero, filius natus præsumitur esse mariti, & non alterius: unde tam in conscientia, quam in iustitia mulier est secuta, argumento textus in leg. *Miles*, §. *Defuncto*, in *fin. ff. de Adulter.* ubi expressè habetur, quod filius natus constante matrimonio ex muliere conjugata præsumitur esse legitimus: dato casu quod probetur illo tempore esse adultera, cujus verba sunt: *Cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse, & ad hoc notat & commendat ibi Angel. de Perus. & alii DD. & illum textum ad hoc reputat singularem & unicum idem Angel. in leg. Septimo mense, ff. de Statu hominum*, reputat etiam singularem & unicum Bald. in leg. *Si matre*, col. 1. num. 2. *Cod. de Suis & legitim. hered.* notat. etiam & commendat idem Bald. in leg. *Filium defunimus*, lectione 1. col. 2. in *fin. ff. de His qui sunt sui vel alieni jur.* idem Bald. in leg. *Si vicinis*, *Cod. de Nupt.* idem Bald. in *Rubric. Cod. de Probat. col. fin.* idem Bald. in leg. 2. *Cod. de Commun. servo*

TEXT. LXXXIII.

manumis. idem Bald. in leg. 1. *Cod. Qui accusat. non possunt*, col. 11. num. 52. Paul. de Caltr. in leg. 3. *ff. de Liber. & posthum.* col. 2. num. 3. Abbas Panorm. in *cap. penultim. col. 2. num. 7. de Adulter.* & ibi Bald. & communiter alii DD. idem Abbas in *cap. Per tuas*, col. 1. in *fin. de Probat.* idem Abbas in *cap. Transmissa*, col. 2. num. 9. *Qui filii sint legitimi*. Hippolyt. de Marsil. in leg. 1. §. *Ad quæst. penultim. col. 1. num. 20. de Quæstion.* Palac. Rubeus in *sua Repetitione, cap. Per vestras, de Donation. inter virum & uxorem, fol. 35. col. 2. num. 12.* Pro qua sententia & conclusione facit text. notabilis in leg. 9. tit. 14. part. 3. Si verò talis mulier bene est certa, quod filius est natus ex adulterio, tunc si potest sine periculo hoc filio revelare, faciat, & inducat eum, ut ingrediatur Ordinem Fratrum Mendicantium, & ibi profiteatur, ut marito non possit succedere, vel si remaneat in sæculo, quod repudiet hæreditatem: si verò non audeat hoc revelare, vel dato quod fecit, nec potuit eum ad hoc inducere, tunc si haberet bona, ex quibus satisfacere possit, debet tantum dare & restituere aliis filiis vel hæredibus abintestato, vel eis, quibus verisimiliter sciret, quod relinqueret, si illum filium putativum non haberet: & si id verisimiliter non posset scire nec cognoscere, illud det & restituat pauperibus pro eo, à quo bona illa sunt ablata: si verò non audeat hoc revelare propter periculum homicidii, nec habet bona, ex quibus satisfacere possit, tunc conteratur & poeniteat, & erit secuta in conscientia, cum aliud facere non potest: nam cum ex una parte sit damnum bonorum, ex alia grave periculum personæ, debet eligere minus damnum, argumento text. in *cap. Nervi*, & *cap. Duo*, *distinctio. 13. cum similibus.* Et in expresso istam sententiam, & resolutionem probat textus in genere, in *cap. officii, de Poenit. & remiss.* ubi textus loquitur in isto casu, & dicit quod mulieri debet injungi competens satisfactio per discretum Sacerdotem: & argumento illius textus, & aliorum jurium tenet & declarat ibi Innocent. Hostiens. Joan. Andr. Anton. de Butric. Abbas Panorm. Cardinal. Ancharan. Collectar. & communiter DD. Ancharan. notat in *Regula possessor mala fidei, de Regul. jur. col. 13. num. 22.* Summa Sylvestrina in *parte Adulterium, quæst. 1.* Summa Angel. in *parte Adulterium, quæst. 4.* & istam quæstionem movet Bartol. in leg. *Filium eum defunimus, de His qui sunt sui vel alieni juris, in fin.* & dicit quod contigit in quadam Regina.

Quando se probare, que algun testigo depuso falsamente contra alguna persona, ó personas en alguna cosa criminal, en la qual si no se averiguase su dicho ser falso, aquel, ó aquellos contra quien depuso, merecia pena de muerte, ó otra pena corporal; que al testigo, averiguandose como fue falso, le sea dada la misma pena en su persona, y bienes, como se le debiera dar á aquel, ó á aquellos contra quien depuso, seyendo su dicho verdadero, caso que en aquellos contra quienes depuso no se execute la tal pena, pues por él no quedó de darsela. Lo qual mandamos que se guarde, y execute en todos los delitos, de qualquier calidad que sean: en las otras cosas criminales, y civiles mandamos, que contra los testigos que depusieren falsamente, se guarden, y executen las leyes de nuestros Reynos, que sobre ello disponen.

Id est:

Cum probatum fuerit, testem aliquem falso deposuisse adversus aliquem aut aliquos in causa criminali, in qua nisi cerit apparuisset depositionem illius esse falsam, ille aut illi, adversus quos deposuit, merebantur mortis poenam, aut aliam corporalem punitionem, testi falso manifestè deprehenso irrogetur eadem pœna in persona & bonis, qua ab ipso delatis, depositione ipsius vera existente, irrogari debuisset, quamvis in illos, adversus quos deposuit, ejusmodi pœna non fuerit irrogata quando quidem per ipsum non stetit quin in illos ipse irrogaret. Quod præcipimus, ut servetur & fiat in omnibus delictis cujuscumque qualitatibus. In aliis causis tum criminalibus, tum civilibus præcipimus, ut contra testes, qui deposuerunt, serventur & impleantur leges nostrorum Regnorum ea de re disponentes.

COMMENTARI II

In Legem LXXXIII.

finalis.

SUMMARIUM.

1. Falsitas est delictum publicum quod committitur, quando quis scienter, & dolosè mutuat substantiam veritatis in præjudicium alterius.
2. Quando & quibus casibus committitur falsitas,